Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1843
Copyright: Wien, Schottenstift (Benediktiner)



67

alteri / hoc eum spectant leges et hoc volunt incolumem
esse civium communione quam qui dirimunt eos morte ci-
lio vinclis damno coercent / Atque hoc multo magis efficit
ipsa nature ratio que est lex divina et humana cui pare
re qui velit omnes aute parebunt qui secundum naturam nolit
vnde nidqm committet ut alienum appetat et id qd alteri de
traxerit sibi assumat / Etenim multo magis est secundum natu
ram excelsitatis animi et magnitudo / Item quoque contras
iustitie liberalitas quam voluptas quam vita quam divitie /
Quecumque contemnere et pro nichilo ducere comparate cum
utilitate coi magni animi est et excelsi / Detrahere autem
de altero sui comodi causa magis est contra naturam quam
mors quam dolor quam cetera omnis eiusdem / Item magis est
secundum naturam pro omnibus gentibus si fieri possit consterna
dis ac immanibus maximos labores molestias que sustinere /
Imitante hercule illum quem homnum fama beneficiorum memor
in concilio celestium collocavit / quam vivere in solitudine
non modo sine ullis molestiis / sed etiam in maximis volup
tatibus habundante omnibus copiis ut excellas etiam pul
critudine et viribus / Quo certa optimo quisque et splen
didissimo viro Iovem illam vitam huic anteponit /
Ex quo efficitur homine naturae obedientem hominem no
cere non posse / Deinde qui alterum violat ut ipse aliqd
comodi consequatur / Aut aliquid existimat se facere
contra naturam aut magis fugiendum censet / mortem
paupertatem dolorem amissionem etiam liberorum propinquorum
amicorum quam facere cuiquam iniuriam / Si nichil existimat
contra naturam fieri in hominibus violandis quod tu eo dis
seras qui homine ex homine tollat / sin fugiendum id quidem
censet / sed multo illa peyora mortem paupertatem dolorem